

DISSERTATIO PHILOLOGICA
VATICINIUM MORIENTIS JACOBI

GENES. XLIX: 1 — 27.

VERSIONIBUS ET NOTIS ILLUSTRATUM

EXHIBENS

CUJUS

PARTEM POSTERIOREM

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

PUBLICO SUBJICIUNT EXAMINI

GUSTAVUS HENR. FORSIUS

Philos. Mag. & S. S. Theol. Docens

&

DAVID BERNER

Viburgensis.

IN AUD. PHYS. DIE VI JUNII MDCCCVII.

H. P. M. III.

ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS.

VIRO

PLURIMUM REVERENDO ATQUE PRÆCLARISSIMO
DOMINO

EMANUELI BERNER,

ECCLESIAE, QUÆ DEO IN MENDUHARJU COLLIGITUR,
PASTORI ET PRÆPOSITO MERITISSIMO,

Patri Carissimo!

*Qui difficilibus s̄epe & valde dubiis temporibus collectatus
& tantum non oppresus, filio tamen Tuo nunquam defuisti;
qui conjugis orbatus auxilio, quam indulgentissimam ma-
trem & infans graviter luxi & hodieque pia colo memoria,
solus omnem suscepisti mei educandi laborem; qui nullis pe-
percisti curis, sumtibus nullis, ut ad virtutem & bonarum
artium studia informarer: Tibi, Pater Optime, quid debeam,
sentire, quam eloqui, melius valeo. Accipias vero, rogo,
in signum animi gratissimi & nunquam intermorituræ pietati-
atis, basę pagellas, quas Tibi sacras dicatasque volui,
debui.*

Indulgentissimi Patris

*Filius obedientissimus
DAVID BERNER.*

- v. 8. Dig, Juda! beprisa dine bröder:
din hand ligger tung på dine fienders nacke:
för dine fötter kasta sig din faders söner.
- v. 9. Ett ungt lejon är Juda:
från rof har du, min son! uppstigit:
likt lejonet likt lejon honan
lägger han sig att hvila:
hvem stör vål honom?
- v. 10. Från Juda viker icke spiran,
af hans slågt felas ej regenter;
tills fridsförsten kommer:
honom skola folkslagen hylla.

V. II.

malibus dicitur, quæ præda saturata pedibus compli-
catis pectori incumbunt.

- v. 10. ιαστις baculus, deinde: sceptram. Gesserunt enim im-
peratores, & quibus summa rerum tradita erat, bacu-
lum ut insigne potestatis suæ. LXX verterunt hanc
vocem per: αξιων. —

רְקִמֵּן *incidit, insculpsit*, deinde: *statuit, decrevit*,
tunc *רְקִמֵּן decernens, leges præscribens* h. e. *impe-
rator, ἡγεμονός*, ut LXX habent. Cfr. Num. XXI: 18.
Judic. V: 9, 14. & Pl. LX: 9. —

רְקִמֵּן plurimi interpretum verterunt per Pron.
perf. ab ipso, ex ποδῶν αὐτοῦ, positum pro: רְקִמֵּן
cententes. Vide ERNESTI Opuscula philol. & critice.
p. 193, & MEISNER l. c. ad. h. v. alii rursum legerunt

v. 11. Asellum suum viti alligat,
pullum asinæ suæ viti nobiliori:
vino lavat vestem suam,
sanguine uvarum amictum suum.

v. 12. Facies ei est rubicunda e vino,
dentes albi e lacte,

V. 13:

מִבֵּין רְגָלָיו, *a vexillis ejus*. Vide LUDOLPHUS Thesaurus Nov. Theologico-Philol. p. 234. VATER vero l. c. ostendere fategit: **בֵּין הַלְּיָר** esse formulam loquendi ad genitalia denotandā apud Hebræos usitatum. Cfr. Deut. XXVIII: 57. LXX habent: *εν ταῖς μηνσὶν αὐτοῦ*. Vulgata, *de femore ejus*. —

שִׁירָה, vox incertæ originis, in cuius genuina & propria investiganda notione multum sudarunt interpres. Cui vero volupe sit, discrepantes eorum de hac voce prolatas sententias cognoscere, conferat: ROSEN-MÜLLER, TELLER, VATER, MEISNER, DATHIUS, BERGER l. c. HERDER vom Geist der Hebraischen Poësie, & AMMON Entwurf eines Christologie des Alt. Testaments ad h. l. Nos vero eos fecuti sumus, qui vocem **שִׁילָח** a rad. **שְׁלַח**, *tranquillus fuit*, deductam volunt, & eam per: *principem pacis* vertunt. Quæ interpretatione, nostræ de hac re cogitandi & sentiendi rationi apprime congruens, eo magis nobis arrisit, quo certius constat, nos eam amplectendo auctoritati ecclesiæ, quæ voce **שִׁילָה** *Mesiam* insigniri cenlet, parere.

יִקְהָה obedientia, a rad. **קָה**, Arab. **قَه**, *paruit*, non vero a rad. **קָה** *exspectavit*, unde **קָה** *exspectatio*: quam lectionem LXX fecuti videntur, vertentes hanc vocem per: *προσδοκία*.

v. 11. Sin mulåsna binder han vid vinrankan,
sin åsnas fâle vid den ådla vinrankan:
i vin tvättar han sin klådnad,
i drufvors blod sin mantel.

v. 12. Hans ansigte är glânfande af vin,
hans tänder hvita af mjölk.

v. 13.

v. 11. קְרָבֵשׁ, species vitium nobilior sine acinis, vel cuius
uvæ carent granis interioribus, a rad. Arab. قرفس, fidit,
castravit Cfr. MEISNER l. c. ad. h. I. EICHHORN voce:
קְרָבֵשׁ intelligi putat: *vitem uvarum cœrulearum fera-*
cem, quæ vinum rubrum fundunt, quod reliquo habe-
batur præstantius. Cfr. SIMONIS Lexic. ad h. v. Con-
venit Græc. καλλισαμπελος.

סֹוּת per aphæresin pro: יִטְוֹת, *vestis acupicta*, a
r. Arab. وَسْيٍ coloravit pannum, non vero pro: סֹוּת
tegumentum a r. קְרָבֵשׁ texit, ut quidam volunt. Cfr.
MEISNER l. c. & SIMONIS Lex. ad h. v.

v. 12. חַכְלִילִי rubedo a r. Arab. حَكَلَ rubuit. Dicitur
plerumque de vitio oculorum, ex nimio vini haustu
contracto; sed ut oculi interdum ponuntur synecdoch.
pro tota facie, vox חַכְלִילִי etiam usurpatur ad rubedi-
nem faciei, ex vini haustu ortam, denotandam. MEIS-
NER l. c. comparat hanc vocem cum Græc. χαροποιοι.
Fuerunt interpretes, qui part. חַכְבַּי & יוֹן vocibus
præfixam, comparationi inservire putaverint, vertique
debere: plusquam, aut præ. Saniorem vero interpre-
tandi rationem ii fecuti videntur, qui hanc litteram per
præp. ab, a, ex, dederint, & vinum ut causam rubo-
ris, & lac ut causam albitudinis cogitaverint. —

- v. 13. Ad littus maris habitat Sebulon,
ad littus navium:
latus ejus ad Sidonem.
- v. 14. Asinus osfatus est Isaschar:
recubat inter canales.
- v. 15. Sentit, quam jucundum hoc requietorium,
quam amœna terra:
ad bajulandum humerum suum inclinat:
hydriæ serviens est.
- v. 16. Populo suo Dan jus dicit,
tamquam una quævis e tribibus Israelis.

v. 17.

Imagines in hoc & præced. versu occurrentes ad regionem, quæ tribui Judæ forte contigit, apprime conveniebant; nam vineis & pascuis præstantissimis abundabat.

- v. 13. חַוֵּת אֲנִית *littus navium*, h. e. *littus maris navibus referti*.

Tribum Sebulonis tamquam virum, faciem versus mare, latus vero versus Sidonem sistentem, repræsentasse sibi poeta videtur.

- v. 14. חַמְרָם *asinus osfatus*, h. e. *validus*, appellatur Isaschar ideo, quod agriculturæ operibusque rusticis potissimum operam impendebat. Videtur tamen Jacobus, eo quod Isascharem cum asino comparat, simul innuere animum ejus mansuetum & a negotiis periculis alienum.

- v. 15. מִגְּחָה *requietorium*, MICHAELIS (Oriental. Bibl. P. IX. pag. 240) legendum putat: מִגְּחָה f. סֶבֶת,

- v. 13. Vid hafssstranden bor Sebulon,
vid skeppsstranden:
sin sida vänder han åt Sidon.
- v. 14. Ett benfullt lastdjur är Ifaschar:
han lägrar sig mellan vattenräannoerne.
- v. 15. Han känner, huru behagligt detta hvilosäle
är,
huru angenämt landet:
sin skuldra böjer han för bördan:
han är en vattenbårare.
- v. 16. Dan skiftar rått bland sitt folk,
likt hvart och ett af Israels slägter.

C

v. 17.

regio a r. נָהָר Arab. نَهْر se aliquo convertit; dicit enim vocem fœm. מִבְּנֹתָה non convenire nasc. בָּרֶךְ. Sed de hoc loco valet eadem observatio, quam versu 4 jam fecimus.

- v. 16. Verba hujus versus ita intelligenda sunt: *tribum Danis, quamvis nulla certa terræ portio in Canaan ante Iud. 18. ei contigerit, jura tamen eadem ac ceteras gentis Israeliticæ tribus habituram esse.* Cfr. VATER l. c. ad h. l. Aliter vero hunc verbum explicare conatus est MEISNER l. c. ad h. l. vertit enim: *Dan remetietur suo populo ut ulla tribus Israelis, i. e. paria cum illis faciet fortitudine ac victoritis, nec ab ulla tribu superabitur, licet filius sit ex ancilla.* Forte verbum גַּד l. רַיֵּן hoc loco usurpatum est imprimis ob paronomasiam.

v. 17. Serpens ad viam est Dan,
 ceraastes ad semitam:
 calcem equi mordet,
 & eques cadit retro.

v. 18. (Tuum, Jehova! auxilium exspecto.)

v. 19. Gadum turmæ invadunt;
 ipse vero a tergo invadit.

v. 20. Quod ad Ascherem, pinguis ei est panis:
 ille dat delicias regis.

v. 21.

v. 17. שְׁנִיר, species serpentis, in arenis & rotarum orbitis latentis, ut inde viatoribus infidetur: *ceraastes*, Græc. σύκαδηνεος. Cfr. BOCHARTUS l. c. P. II. L. III. cap. XI. Comparantur Danitæ non incondite cum ceraste ob astutiam, qua in hostib[us] suis debellandis utebantur, quorum infestationibus continuo expositi erant.

v. 18. Varie hunc versum explicarunt interpretes. Quidam eorum putaverunt, Jacobum his verbis innuere velle, se grato in Deum animo recordari, ex quo quantisque periculis ipse liberatus sit, & sperare, eum Danitas, quorum jam subiit cogitatio, similiter ex hostiem insidiis liberaturum esse. Alii verba illa declarare arbitrati sunt, Jacobum, superiori oratione habita defatigatum, hic paullulum requieuisse. Verissimum autem videtur, verba ista, ab alia manu margini aut addita, deinde in textum irrepsisse. Neque omni caret veritatis specie hypothesis: carmen laudatum, in festis gentis Israëliticae diebus, qui singulis annis recurrerunt,

- v. 17. En orm vid vågen är Dan,
en ceraſt vid gångſtigen:
han sticker häftens hål,
och baklänges störtar ryttaren.
- v. 18. (På din hjelp, o Jehova! hoppas jag.)
- v. 19. Ströf vande horder anfalla Gad;
men han anfaller dem på ryggen.
- v. 20. Kostligt bröd har Asfer:
Konunga läckerheter alstrar han.

C 2

v. 21.

agendis, a tribus choris canentium decantatum fuisse,
inter quos tertius chorus vel etiam ipse populus hunc
versum cecinuit. Cfr. ROSENmüLLER, MEISNER & VA-
TER I. c. ad h. l.

- v. 19. **תְּרִמָּגַנְתָּ** turma, a r. **תְּרִמָּגָן**, in lingua Syr. & Sam. duxit,
unde ductus, i.e. cætus, h. e. agmen militare, & qui-
dem levis armaturæ agmen, prædas agens, seu ab
Arab. **جَمِيع**, secuit, unde segmentum s. pars exercitus,
Cfr. SIMONIS & MOSER I. c. ad h. v. LXX habent:
πειρατησιν, predonum turma. Aquila vertit: **euγωνος**,
expeditum agmen. Singula vocabula, in hoc versu
occurrentia, quæ ad rad. **תְּרִמָּגָן** referri posint, electa
videtur ob paronomasiam. Indicare vult Jacobus; Ga-
ditas ob situm regionis suæ prædationibus Arabum sæ-
pe infestatos fore, quorum tamen turmas ipsos fortiter
repulsuros esse.

- v. 20. **בְּנֵי הַ** h. l. non modo panem, sed quemvis viðum de-
notat, Cfr. Pl. CXLVII; 9. Job. III: 24. & VI: 7.

v. 21. Terebinthus ramosa est Naphthalis:
pulchros ille edit ramos.

v. 22. Filius ovis est Joseph:
filius ovis ad fontem:
feræ sunt in speculis.

v. 23. Exacerbati sunt in eum sagittarii:
jaculantur in eum, odio eum habentes.

v. 23.

פָּנָס, pinguis, opulentus. Cfr. Deut XXXIII: 24. ubi
פָּנָס significationem habet pinguedinis. — Posseri
Acheris terram possidebant fertilissimam, & victu ex-
quisitissimo abundantem: quam ob rem etiam proventus
hujus regionis deliciis, quibus reges uti solent, com-
parantur.

v. 21. Difficilem prorsus & obscuram lectio vulgo recepta
parit explicationem. Sententiam igitur BOCHARTI (l.
c. P. I. L. III. c. XVIII.) quæ etiam plurimis interpre-
tum facile se probavit, amplecti non dubitamus. Putat
nempe, aliis subiectis punctis, legendum esse: אִילָה שְׁפֵר
תְּרֵבִנְתַּס אֲמִרִי שְׁפֵר terebinthus patula, edens
ramos pulchros. Comparatio tribus Naphthalie cum ar-
bore ramosa regioni, quam inhabitarunt Naphthalites,
etiam magis convenit, quam illa cum cerva emissa; quæ
feli regio valde fertilis & arboribus omnium generum
consita erat. Cfr. ROSENmüLLER & VATER l. c. ad h. l.
Eandem quoque lectionem LXX fecuti videntur, verten-
tes: σελέχος αὐριμενον. Non minus facunde ac vere
hunc versum vertit HERDER l. c. Naphtali ist eine
schiessende Terebinthe, die schöne Wipfel wirft.

v. 22. De significatione vocis פָּנָס magnus fuit interpretum

v. 21. En lummig terebinth är Naphthali:
han bär sköna grenar.

v. 22. Likt färets son är Joseph:
likt färets son vid brunnen:
vilddjuren åro på lur.

v. 23. De spjutsförande äro förbittrade mot honom,
skjuta på honom, hatande honom.

v. 23.

dissensus. Nonnulli istam a r. פֶרַה derivatam volentes vertunt eam per: *fructifera*, ut LXX, qui habent: πλεγμένος. Alii rursus פֶרַה l. פָאָרָה ramus legendum esse putant atque sub: בְּנֵי פָאָרָה intellectum volunt: *scirculum palmæ*. Cfr. ROSENmüLLER, DATHIUS & MEISNER l. c. ad h. l. At novam fere viam ingressus est VATER l. c. Tribuit enim vocab. פָרָת significationem *ovis*, comparatione instituta cum Syr. נִזְבָּח agnus, cui de-

rivata vocis Arab. فَوْنَى convenire dicit: quo sensu sum-
tum veci حَلَّ, quæ in lingua Hebr. notionem habet
ovis, responderet. Putat nempe, conditorem carminis
memoriam uxoris Jacobi *Racbelis*, quæ eadem mater
Josephi erat, hoc vocabulo renovare voluisse. —

כְּבָנָה צָעַרְךָ, *filiæ aggressionis*, formula loquendi
ad feras denotandas genti Arabicæ frequenter usitata.
Verbum Arab. قَصْد de gresu grandi & audaci ad-
hibetur. Cfr. VATER & MEISNER l. c. ad h. l. Genes.
XXXVII: 20 & 53. fratres Josephi feris comparandi
aniam dedisse videtur. —

שׁוֹר, *intuitus* est ut Num. XXIII: 9. deinde: *spe-
culatus* est.

- v. 24. Sed manet firmus arcus ejus,
& agilia sunt brachia ejus.
- v. 25. E manu omnipotentis Jacobi,
inde, e duce, e petra Israëlis,
e patris tui Deo, qui te adjuvavit,
e validissimo Deo, qui tibi benedixit,
(veniat) benedictio cœlorum superne,
(veniat) benedictio aquarum infra,
(veniat) benedictio uberum & uteri.
- v. 26. Benedictiones patris tui superant
benedictiones genitorum meorum,
perennes ut cacumina montium æternorum:
super

- v. 23. בָּעֵל חַצִּים *domini sagittarum*, h. e. *sagittarum gerendarum periti*, f. *sagittarii*. Eodem sensu vocab.
בָּעֵל obvenit Genes. XIV: 13. Dominis sagittarum
heic denotantur fratres Josephi, odio eum habentes &
persequentes.
- v. 24. יְפֻז *levia* f. *agilia sunt*, a r. פָּז *agilis fuit*, ut
Arab. فَزْ, licet significatio *roboris* huic radici vulgo
tribuitur. Cfr. 2 Sam. VI: 16. & SIMONIS Lex. ad h. v.
- v. 25. Vocab. מָרוֹן *nova periodus exordiri videtur*; quamobrem etiam versus 25 inde initium capiat necesse est. —
Vocabulis רַעַת & אֲבָן præfigenda est præpositio עַל, ita ut vertantur: *e duce, e petra*. — Præf. ג in וַיְזֹרֶךְ וּוּבְרַכְתְּךָ est, ut sæpe, pro אֲשֶׁר. Voce שְׁמָנִים denotatur justa illa pluviae & roris copia, qua pars terræ,

- v. 24. Men hans båge är saker,
och hans armar smidiga.
- v. 25. Från Jakobs skyddsguds hand,
derifrån, från regenten, från Israels klippa,
från din faders Gud, som dig hulpit,
från den mägtige, som dig välsignat,
(komme) himmelmens välsignelse ofvanifrån,
(komme) djupens välsignelse nerifrån,
(komme) välsignelse från spenar och moderlif.
- v. 26. Din faders välsignelser öfvergå
mine förfäders välsignelser,
lika evige med de uråldriga bergens toppar.
Öf-

quæ tribui Josephi sorte contigit, irrigabatur; pariter
ac מִתְהוּמָם aquas, quarum eadem terræ pars referta erat,
indigitat. Vocab. שֶׁרַב *ubera* & רַחֲם *uterus* copi-
am gregum & inde provenientis lactis designant.

- v. 26. Loco חַוְרֵי, *genitores mei* a r. הַרְהָה concepit, legerunt
quidam interpretum הררי l. *montes*. Cfr. ROSEN-
MÜLLER, MEISNER, DATHIUS & SIMONIS l. c. ad h. v.
Quam lectionem LXX quoque secuti videntur, verten-
tes hanc vocem per: τα oēn. VATER l. c. putat vocab.
הַרְהָי esse antiquam formam pluralem vocis הַרְהָה. Nos
vero nullam videmus justam rationem de lectione & in-
terpretatione vulgo recepta decadendi. —

תְּחוֹת terminus, a r. תְּחַת, designavit: ita hanc
vocem derivatam voluit EICHHORN: Cfr. SIMONIS Lex.

super capite Josephi illæ maneant,
super vertice optimi fratrum suorum.

v. 27. LUPUS EST BENJAMIN:
mane rapit prædam & raptam vorat,
vespere rapinas dividit.

ad h. v. Alii eam per *cupedias*, a r. נזיר concupivit,
vertunt. Cfr. ROSENmüLLER & MEISNER I. c. ad h.
l. — נזיר *selectus*, a Deo assertus: deinde *princeps*,
eximus, a r. נזיר *separavit*, Arab. نذر.

v. 27. Confertur cum lupo tribus Benjaminis ob fortitudinem,
qua in bello Gabitarum causa suscepto maxime emi-
nuit. Cfr. Jud. XX. Lupi enim animo & robore nor-
parum valere censebantur: quamobrem etiam *Marti* di-
cati erant, Cfr. BOCHARTUS I. c. P. I., L. III. c. XI,

Öfver Josephs hufvud komme de,
öfver hans hjesfa, denne utvalde bland sine
bröder.

- v. 27. En ulf är Benjamin:
om morgonen ströfvar han och flukar i sig
rof,
om aftonen delar han ströf gods.
-

